

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De necessitate parentum impediente professionem. §. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

quia verè sunt à seculari hominum conuersatione remoti, cùm solum ex licentia sui prælati in ciuitatibus cōmōrentur, & extra confortium, cohabitationē mulierum, dīpositi que sunt, vt remoueantur, quando superioribus placuerit. Senex item, vt non obligetur ad professionem, sed voto continentia emissa in seculo possit remanere, etate debet periculo incontinencia, alia obligatur, sicut iuuenis religionem profiteri, ut manefestè probat. Text. in e. cum se de conuers. coniug. & colligit ex e. uxoratus, e.ad Apoliticam, c. significauit, eodem tit. Votum autem, quod emittere debet, est perpetua continencia, simplex tamen non solemnis, quia nullib[us] à iure solemnizatur, ac proinde ex se matrimonium contrahendum mortuo cōtingit non dirimit, tamē impedit, Sanch. lib.7. de matr. disp. 32. a n. 4. & 8. Basil. Legion. lib. 9. c. 12. n. 3. Gutier. de matr. c. 95. n. 7. Quod si tempore nouitatus religionem deferas, aut ab ea expellaris, cessat votum manentis in seculo; quippe sub conditione tua professionis emissum est. quis autem debeat dici senex, & steriles ratione aetatis, ut mērito non timeatur incontinentia periculū latè dispitar. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 32. a n. 15. & optime resolute communiter in viris esse atatem sexagenariam, in feminis quinquagenariam consentit. Gutier. de matr. 91. num. 2. & 3. Prior has conditions alij expostulant licentiam Episcopi, sed immēritos neque enim ad valorem professionis, neque vt liceat stat, neque ad impedimentum renocationis a manente in seculo id necessarium est, vt optimè cum aliis pluribus fitmat. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 22. n. 2. Neque obstat Text. in e. si vir. & uxor. 27. 9. ibi si vir, & uxor diuertitur pro sola religiosa inter le confitentes vita nullatenus sine Episcopi conscientia sit: cui consonat lex regia 2. tit. 10. par. 4. Nam hæc non de obligacione præcepti, sed deinceps & exquiratis ineligi debent, præcipue cum confutudine latit præceptum sit hanc licentiam necessariam non esse.

11. Hucusque de professione emitenda à coniugato in aliis religiōibus à Societate distinctis locuti sumus. At in Societate Iesu credo nullo modo professionem, ne incorporationem validam esse, nisi cum licentia coniugis adhuc alia iuri requisita, quibus omnino impeditur reuocatio: sic tanquam probabilitimum defendit. Suar. 1.4. de relig. trist. 10. lib. 3. c. 6. n. 9. Ratio est efficax: nam vnum ex impedimentis libellis: a Sede Apostolica approbat, quæ societas habet, est matrimonium consummatum. Exam. gener. c. 2. n. 4. Sed hoc impedimentum non cessat, nisi obseruentur ea, quæ à iure sunt requisita, vt coniugatus religionem ingredi possit, ut expressè dicitur, dicto c. 2. n. 6. & c. 3. lit. C. & i.p. constat. c. 4. lit. F. Quod intelligi debet non solum de requisitis à iure, vt coniugatus validè religionem ingredi possit, sed etiam vt possit liceat alia vt quid Societas hoc impedimentum tanquam speciale constituebat? Ergo illis integrè non feceratis impedimentum non cessat.

S. V.

Explicatur libertas à vinculo Episcopalis dignitatis
requisita ad professionem.

S V M M A R I V M .

1. Episcopus religionem ingredens absque Summi Pontificis licentia grauiter peccat.
2. Veritas est eius professionem valorem.
3. Qui nomine, Episcopi intelligentur.
4. Non extenditur obligatio Episcoporum ad inferiores prelatos, esto habeant iurisdictionem quasi Episcopalem.

1. **S**epima conditio requisita ad professionem est libertas à vinculo Episcopalis dignitatis, alterius beneficii. Circa quam conditionem regula certissima est, Episcopum absque licentia Summi Pontificis profiteri in religione grauiter peccare: quia ob bonum Ecclesiæ, cui Episcopi sunt addicti, illis est interdicatum, c. licet de Regularib. & cap. nisi cum pridem de renunciat. & tradunt omnes cum D. Tho 2.2. q. 185. a. 4. & constat ex iis, quæ diximus, disp. præced. p. 7. §. 1.

2. Dubium tamen est, an sic facta profesio valida sit? Videtur esse non posse; quia professio vinculum Episcopale non dissoluit; illo autem non dissoluto non videtur posse constare. Non enim appetat, qua ratione religionis obsequio, & regularis prelati voluntati se alligate possit, præcipue cum assument religionem eligat statum minus perfectum: & ita docet Valent. 2.2. disp. 10. q. 3. punct. 4. col. 1. vers. tertius casus.

Ceterum verius senteo cum Suar. 1.3. c. de relig. lib. 6. c. 8. n. 7. professionem validam esse. Ratio est: quia ex iure politico irrita non inuenitur, vt cuilibet expediti. Text. in cap. nisi cum pridem de renuncias. c. inter corporalia de translat. Episc. c. licet de Regularib. qui expressius de hac materia loquuntur, constare potest. Ex illis enim solum infertur neminem posse renunciare Episcopatu[m] absque autoritate Pontificis, & cau-

sis à iure præscriptis, non tamen professionem esse nullam. Neque obstat, si dicas impedita, & annulata renunciatione impediti, & annullari transitum ad religionem, qui cum remunera exequendi non videtur posse constare. Non inquam obstat, quia religiosi status clementia saluari optimè potest, ex quo assumens religioni tradac paupertatem, castitatem, & obedientiam observaturus quantum possit; tamē ex aliqua occasione, & obligatione antecedenti impeditur, ad eius plena executione, vt videlicet cum ex licentia coniugii non se conuerterit coniugatus emitiri professionem, qui validia est, cui valor non obstat, quod renovari debet ad coniugale commercium, & in religioso profiteri, cum parentes graui necessitate premuntur quibus sucurritur debet. Et clarius constat in religioso assumpto ad Episcopatum, qui retento statu religiosi assumptu ad Episcopatum, qui retento statu religioso, & illius nativo obligacione munere Episcopalis obligationem habuit. Ecce yac ratione conflat iure naturali non annulari professionem ab Episcopo factam.

3. Quia autem nomine Episcopi intelligentiam Constat intelligi electos, & confirmatos, obsequioque aliecius Ecclesia adductus tamen consecratio non sit, quia hic electi & confirmati, & proprii Ecclesie addicti nullatenus possunt abh[ic]que autoritate Pontificis renunciare Episcopatum, si curi deciderit in c. inter corporalia de translat. Episcopi. iuncto c. nisi cum pridem de renuncias. Duxi Ecclesie proprias addicti, nam si nulli addicti sunt, sed soli in Episcopis consecrati, poterunt religione nulla requirata licentia profiteri, sicut posse, si Episcopatu[m] renunciant, quia cessa obligatio Ecclesie, quod si impedimentum assumendum statum religiosum; si tanquam censum doct. Suar. 1.3. de relig. lib. 6. c. 8. n. 4. Sed an idem dicendum sit in Episcopis titularibus, & religiosis, difficultate non caret. Negat. Suar. d. c. 8. n. 5. eo quod Ecclesia determinata desponsati sit, tamē si per accidentem ab illius obsequio impeditur vel ob infidelium occupationem, vel ob tyrannorum persecutionem. At distinguendum existimo de impedimento per perpetuum, vel de eo quod remouendū speratur, si enim impeditur Episcopus ab obsequio Ecclesie cui est addictus ob impedimentum, quod aliquando speratur remouendum, nullatenus potest ab alijs Pontificis licentia religionis profiteri, quia illi profiliunt munus Episcopale, & obsequio debitor Ecclesia possibiliter contingens obstat potest, eaque de causa in c. post translationem de renunciat. ob persecutione rabiem Episcopum transiens ad religionem indiger Pontificis approbationem. At si impedimentum nullatenus remouendum speratur, eiisque conditionis sit, vt omne munus, & exercitum Pontificis dignitatis in ea diecessi impedit, quale regulariter contingit in Episcopis titularibus pro Ecclesiis ab infidelibus occupatis, non videtur probabilitate carere eos Episcopos ad religionem migrare posse, sicuti possem nulli speciali Ecclesie addicti nam quoad effectum, & obsequio praestandum id est, ideoque hic Episcopatus titularis cum Episcopatu[m] fruстро, & cum aliis beneficiis, & pensionibus compatiuit.

4. Hæc autem obligatio Episcoporum prendi, & obvidendi licentiam à Summo Pontifice non est extenda ad prælatos inferiores, tamē iurisdictionem quasi Episcopalem habent, Pontificis sint subiecti, quales sunt arqui abbates, & Priors, quia relati text. in c. licet de regularib. & cap. nisi cum pridem, cap. post translationem de renunciat. c. inter corporalia de translat. Episcopi, de Episcopis ipsa regulariter membrarunt ob altissimum eorum statum. Non igitur debet hic obligatio ad inferiores prælatos extendi. Ex quādam ratione decentia, & exquiratis moneri debet Pontifex, vel falem Episcopus, cui illi prælati alias essent subiecti, docet Suar. 10. de relig. lib. 6. c. 8. in fine, n. 15. & 14. cum Panorm. in c. licet de regularib.

S. VI.

De necessitate parentum impeditente
professionem.

S V M M A R I V M .

1. Non impedit professionis valorem.
2. Liber est ab obligatione succurrendi parentibus, si moxium eam obligationem subire vult.
3. Qualiter monasterium obligatur, si hanc obligationem subire, si tempore tua professionis parentes patibentur necessitate.
4. In necessitate extrema tenetur filius parenti succurrere modo, quo possit.
5. In necessitate graui affirmans aliqui tenere, etiamque opus habuum deferere.
6. Alij negant ad defensionem religionem esse obligatum.
7. Tertia sententia media via procedit distinguens de necessitate tempore professionis, vel post modum contingente.

8. Quilibet

8. Quilibet ex his sententiis est probabilis.
 9. Obligatus est filius succurrere parenti in quantum possit
 salsa obedientia, ordinatio religioso, & explicatur quid
 hoc sit.
 10. Debet esse necessitas certa.
 11. Non teneri contra voluntatem prelati ad succurrentem
 parenti grauiter indigent defere religionem, neque
 prelatus eam licentiam teneat concedere.
 12. Si tamen eam concedit, debet religionem defere.
 13. Cessante necessitate tenetur ad religionem redire.
 14. Supradicta procedunt de religiosis ieiunis non professis.
 15. Dicta de filio comparatione parentis procedunt de parente
 comparatione filii, sed non de fratribus, & sororibus.

Orcana conditio ad statum religiosum est, ne religiosi
 parentes grauiter indigent, de qua conditione late
 diximus disp. precedentes, punct. 7. & 5. At non est necessaria ad
 valorem status religiosi assumpti, sed ut licet assumatur, quia
 nullus est textus, quo hec profectio irrita reddatur. Iure autem
 naturali irrita non redditur etiam deferto parente in ex
 trema necessitate, quippe firma maneris religionis essentia, cum
 te religioni tradas obligatus feruare castitatem, paupertatem,
 & obedientiam legitimata causa non excusante, & ita tanquam
 omnino certum docent Nauar. lib. 3. conf. tit. de regularib.
 conf. 26. alias 3. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 3. n. 34. Sanch. lib. 4. c. 20.
 n. 10. Suar. t. 1. de relig. lib. 6. c. 9. n. 1.

1. Postea igitur profectio valida dubium est, quales ha
 beas obligationem succurrenti parentibus in graui, vel ex
 trema necessitate constitutis tempore professionis, vel in
 eam necessitatem incidentibus professione facta? Quia in re
 praemittendum est tanquam omnino certum, ut omnino liber
 um esse ab hac obligatione monasterio eam volente subires
 quia eo cauca est ut auxiliu necessitas, que solum esse potest
 nemine succurrente, & notauit Suar. tom. 3. de relig. lib. 6.
 cap. 9. n. 10.

3. An vero monasterium obligatum sit religiosi parentibus
 succurrere, si ex ingressu reddatur filius impotens ad succur
 rendum parentibus? Negat Sanch. l. 4. decal. c. 20. n. 2.1. excepto
 eo casu, quo monasterium in bona ingredientis succedere.
 Quia solo eo cauca monasterio loco filii succedit. Econtra
 affirmat Angel. verbo religiosis, n. 31. Sylv. verb. relig. 6. q. 9.
 Dicendum tamen est monasterium succedens in bonis reli
 giosi obligatum esse iuxta vires hereditatis illius parentibus
 alimenta præbere, sive tempore professionis fuerint in nec
 cessitate constituti, sive non; quia obligatio hereditatis etiam ex
 traenei est alimenta præbere ei cui succedit. leg. quis a liberis,
 §. item scriptum, ff. de libera agnoscendia. At monasterium
 bona filii recipiens heres est parentum illius, Auth. de San
 ctissima Episcopis, §. sed hoc præsent. & c. in presenta in fine, de
 probationib. Ergo debet alimenta parentibus præbere. Si vero
 monasterium bona non acquisuit, quibus religiosi parentibus
 subuenire possit, & bona fide religiosum admitti, credens illius
 parentes grauiter non indigent, aut æque bene in religione fi
 lium eis subuenire posse, nullomodo tenetur monasterium ex
 suis bonis sibi necessariis eos alete. Quia nec tenetur ratione
 iustitia, vt de se constat, neque etiam charitatis, que solum
 obligat in graui necessitate constituti succurrere de super
 fluis, & supponit. Angel. Sylv. & Sanch. supra. Quod si mon
 asterium tempore quo professionem religiosi admisit, agnouit
 illius parentes grauiter indigere, posseque filium religionem
 non ingredientem eis succurrere, & ex ingressu reddi impo
 tentem, verius censo cum Angel. & Sylvest. obligatum esse
 subuenire. Quia negari non potest eo cauca monasterium cau
 sam esse quoniam filius obligationi naturali ex pietate de
 bite parentibus non facit. Ergo aquilon est, illius obli
 gationem subebe. Neque obstat monasterium illud subdandum
 impediens non peccare contra iustitiam rigorose sumptu
 sufficit quod per et contra pietatem, que strictius obligat ad
 reparationem ut expressè dixit Suar. dict. lib. 6. c. 9. n. 24. Hinc
 tamen causus ratio, vel dumquaque contingere potest. Non enim
 praemittendum est monasterium sic grauiter defeturum.

4. Deinde praemittit parenti in extrema necessitate consti
 tuitor obligatum esse filium professionum subuenire eo modo quo
 posse, sive parenti in eam necessitatem incidentem post profes
 sionem, sua ante in ea fuit constitutus, quia hæc necessitas
 vixit grauissima semper innenitur excepta, & ex alia parte,
 quia breuissime transiit, abique detrimento religionis subueni
 re potest, sed necessitatem efficit a monasterio exite inconsulto
 prelato, & habitu dimisso: quia non est detrimentum religio
 nis eo bieui tempore ob temendum tantum necessitatis habitu
 dimittere, eaque de causa non solum parenti, sed cuiilibet ex
 traneo eam patienti debebat, si posset, subuenire, sive ex om
 nius sententia tradit Nanar. cap. 14. n. 14. Suar. t. 3. de relig.
 lib. 6. c. 9. n. 5. His praemissis.

5. Triplex est sententia circa necessitatem grauem, de qua
 est inter Doctores controversia. Prima affirmat teneri filium
 inquit prelato subuenire parenti relinquendo religiosum ha

bitum, si opus sit, sive parentis fuerit in necessitate tempore pro
 fessionis, sive post in illam incidet. Quia obligatio filii com
 paratione parentis est ita intrinsecus, & naturalis, vt non vi
 deatur ab ea eximi posse ob statum perfectionis assumptum;
 censendum enim est alium salua hac obligatione: Sic Iansen.
 in concord. Euang. c. 60. in ea verba vos autem dicitur, Palazios
 4. disp. 38. disp. t. in solut. ad 3. & alijs relati à Sancta. num. 25.
 & Suar. n. 4.

6. Secunda sententia negat teneti filium professionum egredi
 è monasterio abque legitima prelati licentia, & a fortiori ha
 bitum dimittere, esto parentis tempore professionis. Fuerit in
 graui necessitate constitutus, sic videtur tenere D. Thom. 2. 2.
 q. 101. art. 4. ad 4. & ibi Cajetan. Cordob. in sum. q. 141. art. 2. in
 4. opin. Eman. Sa verbo religio. n. 2. Man. q. regul. 1. 2. q. 57. art. 3.
 Sanchez aliis relatis, lib. 4. sum. cap. 20. n. 17. Layman. lib. 4.
 tract. 5. cap. 4. num. 2. Ratio ea est, quia professione ita mutavit
 religiosum statum, vt non sit sui iuris, sed prelati, ergo nolente
 prelato vt è monasterio egreditur ad subuenientum parenti
 bus, censendum est religiosus factus impotens, quia sicut non
 potest religiosum statum defere, ita ne potest obedientiam
 omittere. Confirmari potest exemplo ferui, & vxorati, qui
 contra voluntatem heri, & coniugis non obligantur parenti
 succurrere, tametsi tempore contracta seruitur, vel coniugij
 parentis in necessitate exiterit. Et ratio omnium est, q. a obli
 gatio filii succurrenti parentibus est postius obligans filium
 iuxta circumstantias temporis, & status assumpti: Ergo si spe
 ciat religioso ita huic obligationi tatisfacere non potest,
 cessat in illo obligatio. Et præterea nullus tenetur subuenire
 damno alicuius speciali cum iactura boni communis; at ne
 gari non potest ex obligatione excludi è monasterio, dimi
 tendique religiosum habitum prædicari non leuis religio
 nem, cum ob parentem religiosorum sibi vitium, tum quia
 tam ipsi, quam alij, quorum parentes inopes sunt tentationi
 bus exponuntur, & inquietudinibus vexantur. Ergo hæc obli
 gatio afferenda non est.

7. Tertia sententia media via procedit, affirmat religiosum
 professionum obligatum esse è monasterio egredi, & habitum di
 mittere, si opus sit, vt parentibus subueniat casu, quo parentes
 tempore professionis in ea fuerint necessitate, sicut si post
 professionem in illam incidenter, sic tenent Angel. verbo reli
 giosus, n. 31. Sylvest. religio. 6. q. 9. Nauar. sum. 14. n. 15. & con
 ment. 3. de regularib. n. 48. Tolent. lib. 1. sum. c. 1. n. 6. Anton. Cœus
 lib. 3. insit. maiorat. it. 1. n. 126. Ludovic. Lopez i. p. instruc.
 t. 1. 4. Man. Rodriguez 2. t. sum. c. 6. n. 4. Suar. t. 3. de relig. l. 6. c. 9. &
 n. 8. & seqq. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 1. n. 34. Ratio prioris partis
 est quia filius, qui tempore professionis adstrictus est subueni
 te parentibus, religionem se tradit cum eo onere, & obligatione:
 Neque enim æquum erat, vt per professionem à se hanc nat
 uam obligationem excluderet. Quod exemplo ferui iradentis
 se religionem est manifestum, quem dominus potest repetere, sic
 poterit pater in necessitate constitutus filium, ex tempore se
 religioni tradentem revocare. Secunda pars huius sententiae
 se probatur: quia obligatio filii succurrenti parentibus, ad
 veniens professioni facta metienda est iuxta statum religio
 sum; si quidem hunc filius relinqueret non potest, sed statutus
 religiosus non permitit iniuste prelato è monasterio egredi,
 & habitu dimisso in seculo viuere. Ergo filius professionis
 non tenetur hac via parentibus succurrere.

8. Quælibet ex his sententiis probabilis est, vt satis indicat
 doctorum authoritas, & rationes, quibus firmantur. Sed quid
 nobis probabilis videatur: paucis subiungam.

9. Primò dicendum est, te in religione professionum obli
 gatum esse parenti in graui necessitate constituti succurrere
 in quantum possit, salsa obedientia, ordinatio religioso, etc
 necessitas superuenient facta professione. In hac conclusione
 nullus est, qui dissentiat. Nam ob statum religiosum non de
 finis est esse filius, ergo non es exemplius ab obligatione subue
 nienti parenti grauiter egenti saltu quantum cum assumptu
 statu compati potest. Alius si hanc obligationem non haberes
 comparatione parentis, non es obligatus parenti potius,
 quam extraneo, quod non est dicendum. Sed restat explican
 dum, quid possis salsa obedientia, statuque religioso præstare,
 vt inde colligamus quam obligationem habeas. Nam alicui
 videbitur te nihil posse prelato inconfutato, cum sub eius vo
 luntate, & directione sis. Sed dicendum est, si iuxta prescri
 ptum regulæ actiones, quibus subuenire debes parentibus, non
 sunt absolute prohibita, sed prohibita heri abque licentia, &
 hæc præsumitur concedenda, abque dubio peti debet sub ea
 obligatione, quam regula prescribit, quia hanc petere licen
 tiæ leue onus est, & statutum religiosum non dedecet. Quod si
 præsumatur neganda, vel de facto negetur, credo te posse,
 & debere illas exercere seculo scandalo, & violentia, quia cum
 illas actiones non dedecant religiosum statum, sed porius
 illi sine conformes, solitumque modus extrinsecus licentia
 illis debet, efficiunt sanè religiosum eas exercentem substanti
 aliter nihil exercere contrarium suo statui, & prælatum de
 negantem eam licentiam, iniquè denegare, siquidem nulla
 causa

causa ita efficax proponi poterat honestas concessionum, quod amplius confitabit ex modo dicendis. Verum ex votis obedienciae, vel paupertatis absolute prohibita, sunt quales vendere à te arte facta & pretium illorum parentibus concedere, donata tibi illis tribuere, pecuniam apud te retinere eis distribuendum, regulariter credo omnes has actiones te obligatum esse exercere in fauorem partis gratiarum gentis, peritam prius licentia à Praelato, si praeluntur concedenda; quia haec non deducunt religiosum statum, cum sapientia ex facultate & licentia Praelatorum in fauorem monasteriorum, vel aliorum exercantur ab aliis vlla nota, & scandalo, & ex alia parte eas exercens non censetur de cere, & retrocedere à religioso statu, & substanciali religiosum ordine. Quoties agitur actiones huius qualitatis sunt, tenetur superior ad eas praestandas licentiam concedere religioso, cuius parentes grauiter indigent, quia eis causa sati honestas dispensationem. Quid si non concedit, poterit religiosum illas operari feliciter scandalo, & violencia ex prehumpita superioris maioris voluntate, vel potius ex pia interpretatione legis, quae non censetur causam ita irrgentem comprehendere; sic Sanchez lib.4.sum.c.20.n.17. & expellitus Suarez. t.3. de relig. lib.6. c.9.n.17.28. cap.29. Quocirca existimare filium, cuius parentes grauite manifeste egerint, posse & debere omnes illas actiones in eorum subfidiuum exercere, quae statu religioso indecentes non sunt, quecum illum non immutant, quales sunt dimittere habitum & extra obediencia regularis praetati vivere.

10. Noranter dixi, quando parentes grauter manifeste indigent, nam si necessitas dubia est, pro certo sentio contra voluntatem Praelati nullatenus supradictas actiones te exercere posse; quia cum certum sit te sub praetali voluntate, & directione esse, nequis ab haec subiectio certa ob causam dubiam te liberare. Non enim dubia, sed certa necessitas parentis te ad subveniendum illi obligare potest, & notaui Suar. d. c. g. n. 27. Quapropter ut hanc debet procedant, debes Praelato probare, & manifestam facere necessitatem parentis, alias conqueri non poteris de negata licentia.

11. Verum si intra religionem gerentem habiebat, & seruato re-
ligioso ordine subuenientem non potuisse, hoc enim prius tentan-
dum est, & pro viribus procurandis, sed necclariam tibi sit
extra claustrum, & obedientiam vivere, & forte habitu di-
miso, credo probabilius te nullatenus posse praestrate absque
facultate, & dispensatione superioris, siue necessitatis professio-
nem antecedenter, siue eam fuerit subfecuta, neque praalatum
obligatum esse eam ibi facultatem concedere. Sic doctores
secundus sententia. Moneret tam fundamento ibi adducto,
quod sane effectus est. Tam quia communior sententia defen-
dit te non esse obligatum ob grauem necessitatem parentis
professioni superuenientem habitum dimittere, sed eadem ra-
tio procedit, cum necessitas antecedat. Ergo in nullo calo cen-
seris obligatus. Minorem probo, quia obligatio dimittit
habitum, vt parenti subuenientia, non oritur ex delicto a te com-
missio in ingressu, sed ex necessitate tui parentis. Si ergo posita
eadem, & graviori necessitate professioni superuenienti non
obligaris, neque obligari poteris ob necessitatem anteceden-
tem. Neque oblatas stante necessitate tui parentis te in iisque, &
in iustitate religioni tradere, ut inde infetas religionem dimittere
posse, vt illi succurrasset, quia sicut non potes a te excutere obli-
gacionem religiosi status, ita nec potes, nec debes subvenientia
parenti cum illius iactura, & praedictio. Nee valet exemplum
tertii, qui iniusto domino religionem proficitur, qui a domino
revoocari potest, quia omnes tertii actiones sunt domino debili-
tas, non si actiones filij debilitate sunt parenti agenti, sed iuxta
filij statum, & conditionem, & pricipiū dum filius est sub pa-
tria potestate. Et ex his solutæ, manent, rationes nobis ad-
uerterea.

12. Ceterum esti in iuncto Praelato non sit datum Religiosis
habitum deferere, & extra obedientiam permanenter viuere
vt parentibus subueniant. At si Praelatus cam licentiam con-
cedat, vt verè concedere potest, quando ad remedium necessari-
tatis est simpliciter necessarium, non dubito quin tunc pos-
sit religiose exire, cum substantialiter ordinem regularem
retineant, & sub obedientia maneam: & ita docet Nauar.
tom. 3. de regularib. u. 49. & lib. 3. consil. iii. de regular. conf. 55
alias 71. Ang. Florib. 2. p. q. smic de votis. art. 2. difficult. 15. Man.
Rodrig. 2. tom. sum. 6. n. 6. Sanchez lib. 4. sum. c. 20. num. 22
Leffius lib. 2. c. 41. dub. 3. n. 34. in fine. Non tamen credo alium
praelatum prater summum Pontificem posse religiosis profes-
sis licentiam viuendi permanenter extra claustrum dimisso
habitu concedere, vt sicuti Sanch. & Man. suprà: quia est res
gravissima, neque Episcopis concessa, bene tamen ut possint
vivere reuento habitu.

13. Illud verò est omnino certum , cessante necessitate parentis , vel quia iam haber ex quibus commode sustentari posse, vel quia mortuus est, te obligatum esse ad monasterium redire, quia cessauit causa dispensacionis, & succedit obligatio religiosi status, quem adhuc retines. Secus esset , si religiosus esses Societas non profectus , & hac de causa dimisus esses à

votis absolutus, cessaret tibi obligatio redeundi, quia religiosus non es, sic Sanch. lib. 4. sum. c. 20. n. 26.

14. Quia dicta sunt de exitu professorum ad subuenientium parentibus, procedunt de religiosis non profesis Societatis Iesu, nam hi verè sunt religiosi, & quantum est pars sua de religione perpetuo tradiderunt, sic Sanc. d. 20. n. 14. Suar. t. 4. de relig. trax. 10. lib. 3. c. 6. n. 13. & licet Societas ob ius, quod habet dimittendi, posuit religiosum, cuius parents grauita regni, quibusque in Societate iuxta communem modum procedendi subvenienti non potest, liberum à votis, statque religioso dimittere, at nullo modo tenetur, si alunde religiosus potius vitios, quam noxius sit; quia haec prestatas non in commodum aliorum, sed in bonus ipsius Societatis confessio est, vt bene aduerterit Suar. dito 6. n. 14.

15. Tandem dicta sunt de filio, ceteris.

14. Tandem dicta de filio, cuius parentes graniter egerant, dicenda sunt de parente religioso comparatione filiorum in facultate manentium, quia veterorum est reciprocum obligatio, Suar. tom. 3. de relig. lib. 6. c. 9. n. 30. Sanch. lib. 4. sum. cap. 20. num. 35. Si vero de fratribus, & sororibus, aliquis conanguineos loquamur, ferre omnes doctores conuenientiam religiosum obligatum non esse ob eorum necessitatem statum defere; esto intra religionem strictius obligetur faccurre illis quam extraneis, Suar. c. 9. n. 31. supponit, Sanch. dicto cap. 20. num. 300.

§. vlt.

De aliis conditionibus ex parte profitentis ad professionem requisitis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Libertas à debitis, ratiocinatisque reddendis requiriunt ad professionem licitam, sed non validam.*
 - 2 *Item requiruntur ne alterius religionis professione obfruenda sis.*
 - 3 *Debet esse carentia simoniae, excommunicationis, alteriusque peccati, ut licet fiat, sed non ut validè.*
 - 4 *In professione monialium dicitur procedere examen Episcopi, ut recte fiat.*

Nona conditio ad professionem requisita est libens à debitis, & ratiocinante reddendis. De qua conditione qualiter religionis ingressum professionem impedit, diximus *disp. praeed. punt. 7. §. 4.* ibique statuimus profitemus factam ab eo, qui debitis oneratus est, validam esse, quia inde *Religionis obligatum manere, manibus, labores, aut eleemosynas querere, aliavè similia praestare; quia debitis ciuilla morte ciuii videtur extincta, illorumque obligatio affectit personam, quamdiu sui iuris est, & quamdiu bona habet.* Secus si alteri traditur, & bonis omnino caret. Solum est aduentum religionis *Societas Iesu, qui debitis grancus vota scholasticorum emitteret, possideretque aliqua bona, de novo acqueret, obligatum esse solutioni contenta.* Quia his votis reporte simplicibus, neque collentibus rerum dominium, & capacitate illud acquirendi, non extinguuntur debita; sicuti extinguuntur professione, sed fulpendantque bona religiosa habeat. *Sicut. tom. 4. de relig. trad. 10. lib. t. e. 6. fin. n. 6.*

2. Decima conditio est, ne professione alterius strictioris religionis ligatus sis; quia non datur transitus ad laicorum, imo neque ad aequalem, sed folum permititur ex laicorum ad strictiorum ascendere. In Societate tamen Iesu ex speciali eius constitutione non solum professo alterius religionis, sed illius habitus afflue pro professione, & incorporatione irritat. Suar. tom. 4 de relig. tract. 10. lib. 3 c. vi.

3. Undecima conditio afferatur carenia excommunicationis, simonis, aut cuiuslibet peccati mortalis. sed hac nullo iure irritant professionem, aut Societas incorporationem, ut plurius relata firmat Sanch. lib. 5. sum. cap. 4. n. 5. Est tamen illius talis ingressus, deinde fieri non debet, nam ob excommunicationem solum est illius sub culpa ventralis, nisi forte cum professione aliquae orationes Ecclesie adiungantur, a quorum spirituali communicatione excommunicatus est, et occulus priuatus est. Ob simoniae verò sub gravi culpa, alii que gravissimi penitentia prohibitus, ut confat ex extr. i. de simonia, & nos dicimus deinde, ut vires oppositorum religiosi disp. de simon. punt. 23. Peccatum vero mortale est perfidiam ne per illicitationem non reddatur, et est nimis contrarium fidei religiosi status, qui est viros ad perfectionem dirigere, et aperte reddere diuinum obsequio, praterquam quod impedit, ne professione remittatur pena debita pro culpis commissis.

4. Duodecima conditio peritur à Trident. pro protectione monialium tantum *sess. 25. cap. 17.* de regularib. ut ante professionem examinetur monialis ab Epiloco; an liberiter consentiat. Quod examen si omissatur, peccabit mortaliter tam proficiens,